

# Decretum

Ad Albertus Abbas Monasterii Nurensis, et Prior  
Monasterii Griesae Ordinis S. Benedicti obsequens  
mandatis expressis in Literis S. M. Gregorii XVI. ad eum  
dem die 7. Septembris 1844. - datis. iterum Apostolicam  
Sedem adiit, ut de Monasterii Griesae in Tridentina  
Dioecesi existentis, et ad Canonicos Regulares S. Augu-  
stini iam spectantis in ius suum translatione, ce-  
terisque rem ipsam spectantibus debitam, atque op-  
portunam sanctionem consequi valeat. - - - - -

Humillimis igitur ejusdem Abbatis et Prioris pre-  
cibus benigne exceptis Sanctissimus D. N. Pius P. IX.  
haec Apostolica Auctoritate decernenda statuit, ac  
que constituit. -

1. Concessio enunciati Monasterii Griesae, nec non be-  
norum et iurium translatio, ac dotis assignatio favore  
Ordinis S. Benedicti approbatur atque confirmatur  
ita tamen ut Monasterium Nurense, ac propterea  
Monasterium Griesense Congregationi Elvetico-Ben-  
edictinae unitum remaneat, et Monachi e Mo-  
nasterii invicem transferri possint. -

2. Beneficia etiam cum cura animarum praefata  
Monasterio S. Augustini Griesae iam unita, eidem S.

nafterio, Ordini S. Benedicti concessa; cedant, et unita habeantur cum ea vacare contigerit; et Monachi Servatij servandis curam animarum habere valeant. —

3- Monachi Prioratus Grigae curam animarum exercere poterunt in Ecclesia, quae Parochialis in praesens est, eidem Monasterio adnexa, cujus ipsi plenum, ac liberum usum habeant, ita tamen ut in ea functiones parochiales adimplere teneantur, et eadem Ecclesia etiam in casu, quo Monastica familia dictum Monasterium derelinquat Parochialis remaneat.

4- Monasterium Grigae uti Prioratus principalis Monasterii Murensis in Helvetia habeatur, atque relate ad ipsum ea omnia serventur, quae Gregorius XVI. S. M. in memoratis superioribus literis edixit. —

5- In eodem ad interim sedes tandem existat Monasterii Murensis, quamdiu ad illud aditus non pateat, vel aliter Sancta Sedes disponat. —

6- Ad Monasterium Grigae omnes conventuales Murenses, ubicumque degentes, pertineant, voceque passivam in Capitulo; et si praesentes sint etiam activam habeant. —

7- Cum Monachi in Helvetia, et in variis Ba-

roecijs, et locis ad Monasterium Murense, vel Grie-  
sense pertinentibus degentes ob locorum distantiam  
Capitulis Monasticis ut plurimum interesse ne-  
queant, non nisi ad capitula, in quibus agitur  
de Abbatis electione, vel de rebus gravioris mo-  
menti vocentur, et si accedere quavis de causa  
intermiserint, Capitulares praesentes super pro-  
positis negotiis decernere legitime valeant. —

8. — Ne professi in Monasterio Griesae de iu-  
ribus, et officiis aliorum Conventualium Mu-  
rensium participant, et voto stabilitatis loci  
ad utrumque Monasterium Murense scilicet  
et Griesense obstricti remaneant. —

Et ut praesens Secretum plenum ef-  
fectum habeat, Sanctitas Sua quibus-  
cumque etiam speciali et individua  
mentionem dignis in contrarium fa-  
cientibus prorsus derogat, ac derogat-  
um esse declarat. — — — — —

Datum Romae ex Secretaria Sa-  
cræ Congregationis Episcoporum et

Regulavium die 14. Augusti 1852

J. Card. De Jonge Praef.

A. Bizzarri S. Secry